



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Michael Archang. 29. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

534      *Vitæ Sanctorum.*      29. SEPT.  
carmina percurreret. Inde coenobii mil-  
tos circumlatâ cruce lustrare. Neque  
refugit patrocinari cælum. Sceleris con-  
scia mulier à dæmone correpta ultrò se  
stitit, & crimen fassa innocentes om-  
nes absolvit. Porrò **LIORÆ** de Deo  
illi fuere sermones, ut hos Imper-  
toriae Caroli M. & conjugis augustinis  
simæ aures sitirent. Miris etiam post  
mortem plurimis, multis etiam in  
vitâ claruit. Inter hæc illud memoran-  
dum, quod tempestatem ultima mi-  
nitantem urbi crucis signo fugavit,  
**CHRISTIQUE & MARIAE**  
nomine omne cælum serenavit. Eu-  
verò ad geminos soles cur non nubes  
fugerent? *Ex Surio.*

S. MICHAEL ARCHANG.  
29. Septembris.

**MICHAEL** vides Angelorum  
bonorum omnium principem, malorum omnium domitorem.  
Numinis ad mortales principem legitum, horum ad cælos ductorem  
diffimum, operumque æquissimum  
libripendem. Tam bene itaque de se  
merito Christiana Respub. jam olim  
trophæa, aras & templa statuit. Nam  
ut montem Garganum, cuius alibi  
mentionem fecimus, hic taceam, D.  
Ioannis Apostoli ætate **MICHAELIS** nomen, quod salutiferas in ho-  
minum

SEPT. *Vitæ Sanctorum.* 535  
minum usum aquas eduxisset, apud complures populos celeberrimum fuit. D. etiam Autbertus sub annum Christianum D C C I X. ita jubenti M I C H A E L I ædem in rupe, quam mare undique alluit, exædificavit. Imp. deinde Constantinus, cùm ejus auspiciis hostes suos omnes devicisset, gratitudinis monumentum splendidissimum templum posuit, cuius exempli sui hæredes viros deinceps Principes permultos, sed nostrâ potissimum temestate habuit. Vedit certe Bavaria in eam magnificentiam sacra D. M I C H A E L I tecta exsurgere, ut auctoritas terra dignas aut nullas habeat, quas cæli Princeps post cælum incolat. Quamvis si verum loqui velimus, non tam Angeli nobiscum, quām nos secum habitare percupiant.

S. HIERONYMVS D. ECCL.  
30 Septembris.

**E**vit HIERONYMVS natione Dalmata. Mundum pñè omnem cùm lustrasset, neque usquam hic arriдерет, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transtulit. Hic dum itentidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal quis sit? rogatur. Respondet Christianum esse: